Rochus Curtius ſup rubri.r.c.de cõſue.

Fertiliſſimus conſuetudinum Tractatus ſuper rubri.r.c.cum tãto, quod eſt,c,fina, de cõſuetudine pulchro ordine compoſitus per preſtantiſſimũ Jureconſultum ac Regium ſenatorem dominũ Rochum de Curte Papienſem/ Jura canonica in almo Ticinẽſi gymnaſio ordinarie veſpertine interpretantem.

1530.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
SALAMANCA

¶ Illuſtriſſimo Regio Francie magno Cancellario domino Antonio de prato Iureconſulto ſapientiſſimo/ Rochus de curte vtriuſq; cenſure doctor ac Regius ſenator felicitatem perpetuam dicit.

COnſueuerunt antiqui neotericiq; ſcriptores libros edituri vir illuſtriſſi. ac ſapiētiſſi. Cācellarie opus ſuū vel principibus vel alicui maxime autoritatis viro dicare. Nec referre arbitrabātur: quenam materia ſcribendi fuiſſet: vt qui de piſcibus ad Imperatorem: de re ruſtica ad Mecenatem ⁊ cetera id genus conſcripſerunt. Eam autem inſcribendi rationem fuiſſe crediderim: vt eorum gratiam in primis nanciſcerentur: quorum nomen ſuis monumentis immortale apud poſteros reddidiſſent: tum etiam vt ſummis vigilijs elaborata opera tutius prodirent in lucem: calumniatoribuſq; minus eſſent expoſita. Et id quidem caute feciſſe videntur quaſi parentes optimi pupillis ſuis de optimis tutoribus conſulentes. Horum ego conſuetudinem: veluti efficaciſſimis introductam rationibus/ approbās: de conſuetudine libellum proxima fetura ex me natum illuſtriſſi. dominationi tue nūcupatim dicare conſtitui. Nec quiſq; mihi pro tempore melior/ aptiorq; vigiliarum mearum patronus occurrit: congruit ⁊ ſcribendi materia. Conſuetudo enim iuris vicaria eſt: imo ipſius iuris pars. Sub cuius igitur nomine tutius/ cōuenientiusue tractatus iſte promulgabitur: ꝙ ſub tutela iuriſconſulti vndecunq;/ atq; ex aſſe conſummatiſſimi? Cuius tantus eſt virtutum omnium/ ac ſapientie cumulus: vt merito omnium rerum pōdus/ et adminiſtratio tibi vni a chriſtianiſſimo rege frāciſco ac duce noſtro cōmittantur. Et ſane prudentiſſime: nam vt in magna tempeſtate validiſſimo clauo: optimo gubernatore: plurimis fulturis opus eſt: ita magnas/ ⁊ turbulentas res/ propter ſtatus nouitatem/ adminiſtranti ſumma eſt opus ſapiētia. Ac veluti deus opti. maxi. in celo pulcherrimum/ et iucundiſſimum ſui ſimulachrum conſtituit ſolem: qui ſeſe indiſcriminatim omnibꝰ mortalibus exhibeat: ſic princeps optimus vniuerſo regno ac ditioni ſue te prefecit: qui

prudentia/iuſtitia/ꝛ benignitate teipſum erga omnes nullo diſcri-
mine repreſentas. Hinc tantum gratie tantum fauoris etiam apud
noſtrates omnes tibi comparaſti: vt nemo ſit: qui te non vehemen-
ter amet: recolat: obſeruet: et cum admiratione veneretur. Cogun-
tur enim omẽs vel ipſo aſpectu tuo benigniſſimo ad venerandũ: et
ad amandum inuitas faciliime. Quo factum eſt vt ego hoc paruo
munuſculo te ſalutare non erubuerim: quem antea erga omnes hu
maniſſimum: ꝛ aditu facillimũ: vel ſine munere oblato cognouiſ-
ſem. Habebis igitur illuſtriſſi. domine ꝛ per te omẽs iuris ſtudioſi
cõſuetudines ſparſim per varios ſcriptorum cõmentarios euagan-
tes in vnum quaſi corpus collectas: ꝛ ita ordine diſpoſitas: vt (niſi
me fallat opinio) nõ mediocrem fructum ſit inde lector habiturus.
Eas ſplendidiſſimo nomini tuo nuncupamus. Et ſi quando a pu-
blicis negotijs: quib⁹ maxime detineris: vacare licuerit: in manus
ſumere non dedignaberis exactiſſimo iudicio tuo trutinandas.
Quas ſi guſtui tuo non diſplicuiſſe cognouero: ad publicã rei lite-
rarie vtilitatem tuo fauore adiutus ꝛ meliora/ ꝛ maiora cudere non
dubitabo. Vale.

Illuſtri Regio Mediolani vicecancellario. d. Joãni de Silua Jurecõſulto conſummatiſſimo/ Rochus de Curte vtriuſq; cenſure doctor: ac Regius ſenator felicitatem perpetuam dicit.

Cum in limine anni ſuperioris Jlluſtris regij Capita-
nei ꝛ dñi mei Thome de Fuxo dñi de Leſchuneo auſpi
cio/a chriſtianiſſimo rege Franciſco dño noſtro: excel
ſa ſenatoria dignitate honeſtatus fuerim: id veriſſimũ
cognoui: quod celeberrimus decretaliũ gloſator Ber
nardus concriuis meus Papieñ. in. c. innotuit. in ver
bo in ſcholis. de elect. memorie ꝓdidit: ꝙ ſcilicet multũ ſcholaſtica
notitia operatur. Js enim Mecenas meus cum in felici gymnaſio
Papienſi literarum ſtudijs operam daret/me ꝛ meos nouit: ꝛ inge
nita humanitate ſua non ob noſtra erga ipſum merita diligere ce-
pit: et vſq; adeo dilexit: vt ego iam ſentiam ipſius dilectionis emo-
lumentum: cum ſuperioribus diebus in ſenatorũ album ꝛ locũ be-

¶ Fertiliſſimus cõſuetudinum Tractatus pulchro ordine cõpoſitus: ſuper Rubri. ꝛ c. cum tanto. de conſuetudine. per preſtantiſſimũ Iureconſultũ do. Rochũ de Curte Papienſem: Regium ſenatorem: Iura canonica in almo Ticinenſi gymnaſio ordinarie de mane interpretantem.

Conſuetudinis materia ꝙ ſit celebris: ſubtilis et quotidiana: nemo eſt qui neſciat: vt iuriſconſulti Vlpiani verbo vtar in. l. nemo eſt qui neſciat. ff. de duob. reis. Ideo rubri. de conſuetudine. ꝛ c. cum tanto. qđ eſt. c. fi. quod ceteris eſt celebrius ad cõmunẽ vtilitatẽ: Rector magnifice viri patres reuerẽdi ꝛ vos fratres ornatiſſimi: vtiliter cõmentare decreui: prius tñ redẽptoris noſtri ac virginis ſacratiſſime preſidio ex corde inuocato. Procedã itaqꝫ accuratiſſime quantũ ingenij mei vires patiunt̃ ordinem Abbatis Panor. ſm morem noſtrum ſequẽdo ꝛ ea maxime que ipſe attingit diſcutiẽdo. Quibus diſcuſſis plures queſtiones: prout ex alto mihi conceſſum fuerit: pulchro ordine abſoluã. Et licet pleriqꝫ ſummi canonũ ac legũ vertices quorũ calciamẽta ſoluere non eſſem dignus materiam ipſam tractauerint: auſim tñ affirmare has meas lucubratiões vobis: ac ceteris ſtudioſis plurimum profuturas: et id re ipſa indies percipietis.

¶ Continuat̃ hec rubrica ad precedentes per ſummiſtas: ꝛ per Abba. hic poſt alios in hunc modũ. Viſum eſt. ſ. de iure ſcripto: quod cõſiſtit in conſtitutionibus ꝛ reſcriptis: merito ſubijcitur de iure non ſcripto quod conſiſtit in cõſuetudinibus: ꝛ ab hac continuatione nemo diſcrepat.

¶ Contra iſtam continuationẽ opponitur dupliciter. Et primo vt nõ ſit bona: quia cõſuetudo fuit ante legẽ: ꝛ ſic ante ius ſcriptũ: ergo titulus de cõſuetudine debebat ſituari ante titulos ꝑcedentes. arg. gloſ. in. c. quorũdam. in verbo predicatorũ. de elect. lib. vj. Et ꝙ fuerit ante legem. eſt tex. in. c. fi. §. ius vero cõſuetudinis. vj. di. et ibi not. Cardi. alexan. Probat̃ etiã in. l. ij. in prin. iuncto. §. j. ff. de origi. iur. ꝛ hoc etiã dicit Ioan. an. in ſum. huius tit. poſita poſt. c. fi. ꝛ eo. in fi. principij. dum dicit ꝙ cõſuetudo habuit ortũ poſt ius naturale quãdo ceperunt hoies ſimul viuere. allegãdo tex. in. d. §. fi. ꝛ idẽ repetit col. iij. in prin. Idem dicit Barba. hic col. ij. ꝛ dñs Petrus rauẽ. in ſuis allega. ꝛ conclu. in materia conſuetudinis poſitis poſt ſuum alphabetum aureũ. col. iij. in fi. Et in hoc errant nouiores in rubri. ſ. de conſtitu. vbi dicunt ꝙ lex fuit ante conſuetudinem. per tex. in. §. ex non ſcripto. inſtitu. de iur. natu. ibi cõſuetudo legem imitatur. Sed ille tex. nõ viget attenta gloſ. ibi que declarat illud verbũ imitat̃ aliter ꝙ̃ prefati docto. intellexerint. Iſtam oppoſitionem reperi factã per do. Andre. barba. hic col. ij. ꝛ ſaluãdo dictã cõtinuationẽ ꝛ ſituationẽ reſpõdet ꝙ conſtitutio editur a principe. alleg. no. in rubri. ſ. de cõſti. Conſuetudo ꝟo editur ex vſibus hominum. l. de quibus. ff. de legi. Ideo vt ipſe dicit conſtitutio tanqꝫ edita a nobiliori inuentore prefertur cõſuetudini: ꝛ ꝓpterea titulus de cõſtitutione precedit iſtum titulũ. Sed iſta ſolu. cum reuerentia non eſt ſolida: quia in titu. de conſti. ponũtur nedum iura pontificum ſed inferiorũ: et propterea verbũ conſtitutio in illo titulo ſumitur large: vt dicunt Abb. et cõmuniter alij ibi in rubri. Preterea iſta ſolu. non tollit argumentum de anterioritate cõſuetudinis. Vñ ego aliter reſpõdeo ꝛ dico ꝙ lꝫ conſiderato reſpectu de quo in arg. ſ. facto iſte titulus debuerit precedere titulos de cõſtitutio. ꝛ de reſcrip. tñ ex alio reſpectu: ſcꝫ qꝛ omne ius ſcriptũ eſt certi⁹ ꝛ nobilius iure nõ ſcripto: vt Abb. ꝛ alij dicũt in rubri. ſ. de cõſti. merito ſituatio predicta rationabilis eſt: nam duo contraria procedere poſſunt diuerſis reſpectibus conſideratis: vt vult gloſ. in. c. ij. de

vbi inquit ꝙ regulariter vinculū ſtatuti vel ꝯſuetudinis ꝯſideratur ex regula fori ſortiti.vt vbi quis ſortit᷑ forū:ibi innitit᷑ ſtatuto vel ꝯſuetudine illius loci:ꝛ hāc regulā dicit poſuiſſe Cald.in cōſ.ſua incip.ſtatutis.Iſta tñ limitatio nō ꝓcederet qñ contra laicū litigaret clericus in foro vel ciuili vel eccleſiaſtico:q: tūc dicendum eſt.vt dixi.ſ.in dicta.q.xi. in vltima amplia.ꝛ in ꝑcedēti limita:eo enim caſu clericꝰ actor nō ſequitur leges laici rei ex rōne ibi relata. Premiſſam etiā limitationē ꝛ totā materiā credere ꝓcedere qñ cōſuetudines ſunt diuerſe in materia diuina:q: in hoc nō reperio rōnem diuerſitatis. In his eñ que ſunt iuris diuini etiā ꝯſuetudo attēditur:dūmodo nō ſit cōtra ipſum ius diuinū.c.certificari.j.de ſepul. vbi dicit᷑ ꝙ in materia ſepulture attēdēda eſt ꝯſuetudo patrie.Et refert᷑ ibi dictū Hierony.inquiētis ꝙ quelibet patria abūdat in ſenſu ſuo. ꝛ dicit ibi Abb. ꝙ in ieiunijs obſeruāda eſt ꝯſuetudo loci. Item in feſtiuitatibꝰ celebrādis ſeruāda eſt cōſuetudo loci.c.ij.ꝛ ibi notat᷑.j. de ferijs.et dicit Abb.ibi idē eſſe in baptiſmo ꝛ alijs ritibꝰ ꝛ ſolēnitatibꝰ per adducta per eū. Quinimo dicit Abb.ibi ꝙ ꝯſuetudo loci preferet᷑ cōſuetudini romane eccleſie vbi ipſa cōſuetudo verſaret᷑ extra fidē ſeu eiꝰ articulos:niſi papa mādaret ꝯſuetudinē romanā vbiqꝫ ſeruari.ita Abb.ibi in ſecūdo notabili ꝑ illū tex.ꝛ ꝑ alia.Hinc etiā dicimus attendendā eſſe cōſuetudinē ꝙ reſpectu operarū feſtū incipiat a mane ꝛ nō a veſperis.ita Abb.ibidē in primo notabili ꝑ illū tex.Hinc etiā dicimus ꝙ cōſuetudo populi cōſentiēte epō pōt inducere vnū feſtū qō erit obſeruandū.tex.eſt in.d.c.ij.iūcta declaratiōe Abb.ibi in.vij. notabili.ꝛ plenius tradit ipſe in.c.fin.in penul.notabili.eo.ti.de ferijs.

Ultimo quero viſo quō proponat cōſuetudo:quō ꝓbet᷑ quos liget ꝯſuetudo:ꝛ quā ꝯſuetudinē debet iudex ſeruare tā in ꝓcedēdo ꝙ̄ iudicādo:ſeu tā in ordinatiuis iudicij ꝙ̄ in deciſiuis. An iudex in exequēdo debeat ſeruare cōſuetudinē loci actoris vel loci rei vel loci in quo executio fit:Uidet᷑ dicēdū ꝙ iudex teneat᷑ ſeruare eā ꝯſuetudinē q̄ in iudicādo obſeruata fuit ꝓpter rōnis identitatē. Contrariū tñ ꝯcludēdū eſt.Un̄ dicas ꝙ obſeruāda eſt conſuetudo loci executionis.ita Bal.in.l.i.q.iiij.C.ne filiꝰ ꝓ pa.mouet᷑ ea rōne:q: ꝙ̄tū ad ordinē iudicij ſeruandū inſpicimꝰ locū iudicij:ſiue loquamur de ordine ꝓceſſus ſiue de ordine executiōis. alleg.tex.in.l.ij.ff.quēad.teſta.ape.ꝛ in.l. miſſi opinatores.C.de exac.tribu.lib.x. ꝛ not.per Bart.in.l.a diuo pio.§.ſniam.ff. de re iud.Et ex hoc apparet de rōne diuerſitatis inter hāc qōnem ꝛ ꝑcedentē:q: vt dictū eſt executio concernit ordinem et non deciſionē. Premiſſam cōcluſionem etiā tradit Bal.clare in conſ.ſuo.clxxxv. incip.caſus.colū.ij.in.ij.volumi.

¶ Et ex his ſit finis huic noſtro operi in quo materia cōſuetudinis pleniꝰ ꝛ ordinatiꝰ ꝙ̄ alibi vt puto reperies:qñ quidem multis vigilijs ac laboribꝰ ſummaqꝫ nr̄a diligētia editū eſt. Quantū eñ tēporis ꝛ otij ꝑ multos annos ſuffurari potuimꝰ: id totum circa conſuetudines conſerendas ꝛ declarādas impēdimꝰ. Oīpotēti deo ac virgini ſacratiſſime ſit laus ꝛ glia.

¶ In laudē Antonij Iulij Galardi Carmen.

Gordiacos quiſquis canonū diſſoluere nodos
  Percupis:aut ſphyngas noſcere ceſareas:
Nō tibi Alexādri ſit letifer enſis habēdꝰ
  Nec latis edipode proderit ingeniū.
At bñ dedaleis pēnis tibi Curtia proles
  Promptior ingenio:ſoluet:ꝛ eloquio:
Quod ſi ꝛ Ceſaree vis ſphyngis ſoluere griphos
  Aree hic dirceas Curtius expediet.

¶ Explicit fertiliſſimꝰ Tractatꝰ de ꝯſuetudine ꝑſtantiſſimi iureſcōſulti ac Regij ſenatoris.d.Rochi de Curte Papieñ. Die xxix.Nouembris.M.ccccc.xv. Impreſſus Lugd.per Joannē Dauid:al's la mouche Anno dñi.M.ccccc.xx.Die vero.xiij. menſis Septembris.

BIBLIOTECA UNIV... SALAMANCA

¶ Tabula ſiue Index rerum ⁊ deciſionū queſtionūq; in hoc diligentiſſimo atq; exactiſſimo conſuetudinis tractatu ſubtiliter diſcuſſarum et copioſe contentarum Bernardino Matio colligente: feliciter incipit.

¶ De litera A.

Abbas poteſt eſſe ille q̄ nō eſt ſacerdos ex conſuetudine. in. c. fi. col. j. fo. xxiij.

Abſens an poſſit deſcribi in inſtrumento ex conſuetudine. in. c. fi. col. iiij. circa prin. fo. xj.

Abſentes q̄ non vocentur in electione prelati valet conſuetudo. colū. ij. circa princi. fo. l.

Abſolutio per gratiam a ſecundo delicto non valet niſi fiat mentio de primo. in c. fin. col. ij. poſt medium. fo. x.

Abſolutio a ſacerdote fieri poteſt ex magna contritione hominis ſine ſatiſfactione. in. c. fina. colum. ij. circa finem. fo. xxvij.

Abſtinētia ab actu quem quis poteſt facere ⁊ non facere ad ſui libitum nō inducit conſuetudinem. in. c. fina. colū. j. poſt mediū. fo. xliij.

Abundans cautela non nocet. in rubri. colū. iiij. circa principium. fol. iiij. ⁊ ibi an preſumatur aliquid dictum ex abūdanti.

Abuſus quid dicatur ⁊ quomodo differat ab vſu. in. c. fina. colum. j. in princi. fo. xix.

¶ Accuſatio adulterij quinquennio tollitur. in. c. fina. colum. iiij. circa mediū. fo. x.

Accuſatio falſi. xx. annis tollitur. ⁊ quid de iure canonico. ibidem.

Accuſatio an tolli poſſit ex conſuetudine. in. c. fina. colū. j. ante mediū. fo. xvij.

¶ Acceſſoria facti veniunt in conſuetudine que eſt circa factum. in. c. fin. col. iij. fo. xxxiiij. circa finem. ⁊ quid in preſcriptione. ibidem.

Actio ⁊ actor. actionis nomen in libello an exprimi debeat. in. c. fi. col. iij. poſt principium. fo. lvj.

Actor an per conſuetudinem non teneatur ſequi forum rei. in. c. fi. col. iiij. poſt princi. fo. xvj.

Acta coram iudice an poſſint per ipſum iudicem ſcribi ex conſuetudine. in. c. fi. col. iij. verſi. ex premiſſo notabili. circa mediū. fol. xv.

Actus primus an inducat conſuetudinē in. c. fin. colū. ij. circa finem. fo. xxix. vbi pulchre: an ⁊ quando conſuetudo incipiat currere a primo actu.

Actus extraiudiciarij an inducant conſuetudinem. in. c. fin. colū. ij. circa finē. fo. xxxvij.

Actus mere facultatis an inducant conſuetudinem. in. c. fin. col. iiij. ante medium. fo. xxxvij.

Actus coacti violenti vel meticuloſi an inducant conſuetudinē. col. j. ante medium. fo. xxxix.

Actus negatiui an inducant conſuetudinem. col. iiij. circa finem. fo. xlij.

Actus quot requirantur ad inducēdum conſuetudinē. col. iiij. verſi. ſed hic ſucceſſiue. fol. xxxvij. ⁊ quando ex vnico actu inducatur. col. iij. circa fi. verſi. prima concluſio. fo. xxxviij.

Actus an preſumatur factus tanq̄ pro iure ſuo: an ex gratia vel amicitia. col. ij. circa finem. fo. lxj.

¶ Adulteriū ſepius cū eadem cōmiſſum an pluribus vicibꝰ puniatur ⁊ quid ſi ſit pena pecuniaria ex ſtatuto: an pluries imponatur. in. c. fi. colū. j. verſi. ct. tertio contra. fo. xj.

¶ Adminiſtrans in eccleſia ante confirmationem an excuſetur pretextu conſuetudinis. in. c. fi. col. j. verſi. octauo et vltimo. fo. lij. ⁊ colū. iij. circa medium. fol. lj.

¶ Affectus q̄ non puniatur niſi ſequatur effectus generalis eſt conſuetudo preterq̄ in crimine leſe maieſtatis. in c. fi. col. iij. in prin. fo. xviij.